

www.e-rara.ch

**Novum Testamentum Dn. n. Iesu Christi commentariis Benedicti Aretii
Bernensis, theologi facili perspicuaque methodo conscriptis, explanatum**

Aretius, Benedictus

[Genève], 1596

Universitätsbibliothek Bern

Shelf Mark: MUE Rar alt fol 459 : 1

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-18015>

Caput II.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Luc. 8. 56. antè deseruit vitandæ turbæ gratia, vt esset solus, & finitimus pariter dicitur, quod sanè fecit. Iam eodem reuersus intelligit omnia plena rumoribus de sanato leproso, vt palàm esset notus, quod Christus noluit, ne videretur, & ambire applausum populi. Præpostera illa studia vbiq; mirificè detestatur Christus. Foris igitur manet Christus, nec illic satis tranquillus, conueniant ad illum vndiquaque. Videbatur Christus quietis gratia secessisse. Interea finitimos etiam docuit, & edidit miracula: in primis leprosum hunc curauit, qui famam sparsit adeò feliciter, vt latere amplius non possit. Præpostera studia interdum plus videntur momenti habere, quam eorum, qui ordinariè docent. Tamen meminimus quòd Christus dixerit: non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, introibit in regnum cælorum. Ne misceamus ergo nos temerè functioni Ecclesiasticæ.

Matt. 7. 21.

Proposito huius cap. & propositionis pates.

CAPVT II.
 Describit hoc capite Marcus, quando Christus sit reuersus in Capernaum, & que illic ediderit miracula. **Propositio est**, Christum, & corporum, & animorum verum esse medicum, cõtra opinionem Scribarum & Phariseorum.

Partes complectitur quatuor: nam historiam de Paralytico describit. Deinde vocationem Matthæi. Tertio, disputationem de ieiunio. Quarto, de violato sabbato. Hinc ferè omnia apologias habent: nam contra Scribarum calumnias tuctur dictum illud, Fili remittuntur tibi peccata tua. In altero apologia est, cur cum peccatoribus cibum sumat. In tertio, quare discipuli sui non ieiunent. In quarto contra eisdem, vellendo spicas, non violari sabbatum. Ita aduersarios suos omnia sua tuctur affabrè, & aduersarios ingeniosè confundit.

Historia paralytici ferè sex habet cõmata. Primum habet circumstantiã loci & tẽporis, vbi, & quò contigerint ista. Loci est, in Capernaum, & priuata domo. Temporis cum doceret turbas. Commendatur hinc diligentia audiendi verbum Dei in Capernaitis, vt in Christo assiduitas docendi Nestor illud est ad rem maiorem.

Alter locus est de facto eorum, qui afferunt paralyticum: fidem & diligentiam hi formarant in iuuãdo proximo, laudabili exemplo, & felici successu: laudabile est, quia proximo inseruiunt, qui indiget opera illorum. Laudabile etiam quòd impediti semel non desistunt: impedimento illis est turba, verum diligentia sagax est, & facile reperit medium, tectum denudant, quod eò facilius erat, quia plana sunt illis tecta ex lege Deut. 22.

Diligentiã laus.

Deut. 22. 2.

Tertius locus, vt exceperit Christus operam illorum. Fidem appellat quam respexerit. Ergo opera præcedentia ex fide proflexerunt, quam vt potiorẽ causam hinc dicitur respexisse. Deinde, consolationẽ addit ad animũ paralytici erigendũ: filiũ appellat, licet peccatorem, & miserũ. Christus ex nobis facit filios Dei suo merito. Tertio, fontem mali tangit: remittuntur sibi peccata: peccatum enim causa est morborum. Boni medici est fontem morbi tollere: sic à prioribus exorsus, facile tollit etiam riuulos.

Fons omnium malorum, peccatum.

Quartus locus, effectus apud maleuolos auditores, & iudicium hypocritarum de doctrina Christi. Primum inter auditores sedent, audiunt docentem, improbant tamen: deinde cogitant, nihil loquũtur, tamen peccant. Inter peccata ergo referũtur etiam duritia cordis. Tertio, ratiocinatio illorũ est: Solus Deus remittit peccatum, hic nõ est Deus, ergo maledicit, remittendo peccata. Tale est argumentum: Quicũque opus Dei sibi arrogat, & Deus non est, is blasphemus merito habetur: Christus opus Dei sibi arrogat, & Deus non est: ergo blasphemus est. Minor falsum habet annexum, quòd Deus non sit.

Quintus locus, Christi habet apologiam contra

criminationem & calumniam. Status est, Christus non blasphemus est remittendo peccatum. Primum quia Deus est, ergo opera Dei ad eum pertinent, vt est remittere peccatum. Quòd autem Deus sit, hinc constat, quia nouit cogitationes illorum: Solus enim Deus secreta nouit cordis, Christus illa nouit, ergo est Deus. Quòd norit testatur patefaciendo que non dixerant, sed solum cogitauerant. Deinde à pari: verbo sanare, opus Dei est: Christus verbo sanat: ergo est Deus. Paria enim in eo sunt, remittere peccata, nudo verbo sanare, & cogitationes cordis patefacere: illa Christus facit: ergo Deus est.

Christum non esse blasphemũ, quia Deus est.

Sexto, nouus euentus de altero genere auditorũ ex turba, qui honestius & cordatius iudicat de Christi doctrina, & miraculis, quam fecerint Scribæ. Hic locus de Paralytico vide copiosius à nobis tractatum apud Matthæum cap. 9. ab initio.

Matt. 9. 1.

Et egressus est iterum ad mare, omnisque turba uenibat ad eum, & docebat eos.

Noua conicio indicatur, quam Christus habuit turbis: à Marco tamen descripta est. Indicat autem tria paucis his verbis: primum, locum vbi sit habitata, apud mare scilicet, h. e. lacum vbi Capernaum finitimum. Expõde hic cur Christus eò sit egressus. Deinde, studium populi confluentis exprimitur. Inquit, ex hoc, quo significat magnam turbam, & maiorem populi partem. Propositio etiam est: *Deus est mihi in medio*. Totum dicit, cum ex toto pars, aut totius maior pars intelligatur. Tertio, quomodo à Christo sint excepti: docuit eos, inquit. Finis hic erat confluentis populi: audire Christum, aut certè consilium Dei, si maxime illi alios sibi proposuerunt fines. Laudabile est exemplum in auditoribus, qui tanto studio confluunt: & in Christo, qui docere pergit etiam parum gratos, vel in eorum gratiam, qui credituri erant. Porro quid docuerit non indicat. Ratio est, quia breuitatis studiosus est: deinde, quia nihil diuersum ab aliis concionibus tractat: aut fortè, quia nulla hic operatus est miracula. Demum firma ratio est, quia non erat necessum, nec possibile omnia perscribi.

Et cum prateriret Iesus, videt Leuĩ Alphaĩ filium sedentem ad telonium, & ait illi, si queve me, &c.

Matt. 9. 10.

Secunda pars huius capituli, de vocatione Matthæi, tria complectitur: primum, formam vocationis: secundò, quomodo vocatus sese gesserit: tertio, spectatorum quorundam offensam. Ad formam pertinent circumstantiæ loci, temporis: item qualis sit reuertus Matthæus. Demum qua orationis forma vocetur. Ad personam Christi vocantis illa spectant. Ad vocatum pertinent obedientia, & animi grati declaratio. Ad spectatores verò occasio offensæ. In prima & Christi apologia De quibus vide Matth. 9. vbi diffusè est explicata historia.

Matthæi vocatio.

Et discipuli Ioannis, & Phariseorum ieiunabant, & veniunt, ac dicunt ei: Quare discipuli Ioannis, & Phariseorum ieiunant, tui autem discipuli non ieiunant?

Tertia questio est de ieiunio. *Zurys* duas partes complectitur. Prior cur illi ieiunent: Cuius facti ratio ad Christum non pertinet, idèque ad id nihil responderet. Posterior cur sui etiam non ieiunent: Ad hanc partem accommodat Christus doctrinam suam. Argumenta in defensione sunt quatuor. Prius à sua persona. Posterius à decoro temporis cui olim inseruiert discipuli: ieiunabant & latis duriter. Ieiunia sua prædicat Paulus. 2. Cor. 6. & 11. Et in Actis historię docent quàm verè id hic dixerit Christus. Tertium argumentum, & quartum similia habent, quibus ieiunia Iudaica opponit doctrinæ Evangelicæ, vt opponitur vetus pallium nouo panno, & veteres vtres musto nouo. De his vide in Matth. 9. 14. plura.

2. Cor. 6. 6. Act. 13. 1.

Et factum est, ut transiret sabbatis per segetes, & cæperunt discipuli eius ire, & spicas vellere. Et dicebant Pharisei illi, Ecce quid faciunt in sabbato quod nõ licet?

Matt. 9. 14.

Quarta

